

ME

2

Dear Yd 920° 4°

9

2

G. q. 106. a.

VIRO
PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO
FRIDERICO LVDOVICO
SCHMVTZIO,
PRAECEPTORI PAEDAGOGII BERGENSIS
LONGE MERITISSIMO,
ELEGIA HAC
VLTIMVM HONOREM PRAESTANT
ORDINIS SECUNDI IN PAEDAGOGIO
BERGENSI CIVES.

MAGDEBURGI,
LITTERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI, PRIV. TYP.
M DCC XXXIV.

Christi nouo boreum diu oculo cass becute
Seb duss aer jocet das tuisse corde fritigste
Vaginuen fepide wox suiuendue certeue
Eu! mihi conseruuo tis cobolas fepide hisilige
Hreciby enttiby Frans jno:
Ak



ui tristes planetus! iterumne stat atra cu-
pressus?

Stat, simul & fletus indicat illa nouos.
Flebile circumdant & lamentabile funus

Lugubres tædæ funereæque faces.

Offa cinisque iacent, & mortis tristis imago

Vndique terribili cuncta timore replet.

Iamque pauent, trepidantque metu quoque pe-
ctora firma,

Nec immota manet mens dedicata Deo.

Nondum etenim plenis expleuit cornibus orbem
Præcipiti cursu pallida Luna suo:

En! iam continuo tria corpora febre maligna

Anguntur subito, mox animaque carent.

Sed quæ vos, socii, quæ tristia corda fatigant

Curæ? Non pereunt, qui cito cæla petunt.

O obitum dulcem! quæ iam spectacula læta
Se fistunt animo, dum tua fata colunt,
PRAECEPTOR CELEBRANDÆ pia nunc
laude beatus,
Collegæ tristes, mæstaque cuncta schola.
Quæ vero miseris possunt solatia nobis
Iam melliora dari, quam data dicta **TVA?**
Adstitimus lecto stupidi, diuinaque verba
Haufimus arrectis auribus ore sacro.
Vatis namque instar noras oracula Christi
Suauia dulcisono tuncque referre modo.
Spiritus ipse Dei, Christi **TIBI** vulnera monstrat,
Ipse oculos aperit, cordaque sancta replet.
Vultus amore pio radiat, sacroque quiescis
In gremio Christi, suauaque nectar amas.
Iam recreant fessum peccatum cælestia dona,
Iam reficit viua Christus aqua ora **TVA.**
Sic, sic horridulæ mortis conamina vincis,
Sic recubas felix fronde sub arborea.
Hic æstus omnes vitas trucesque dolores,
Subque casæ viridi nunc habitare putas.
Non secus ac quondam cum Christo in monte
Jacobus
Atque Petrus, cogitant figere mente casam.

Sicque toro resides arctis complexibus hærens
Ipsius Christi, deliciasque capis.
Iesus dulcis amor, Iesus mea sola voluptas:
Sic ait, & cunctis omnia læta refert.
Hinc pia mens properat mediis nunc ire triumphis
Ad sacras arces, ad patriasque domus.
Non horror non terror agit morientia membra,
Tranquilla placide ex corpore mente migrat.
Nos stupefacto animo magna comitante caterua
TE sequimur precibus dum noua templa vides.
O genus attonitum gelidæ formidine mortis!
Morte carent animæ, vita beata manet.
Iam *TIBI* defuncto pia verba precantia dicunt
Discipuli incesti, suspiciuntque manes.
Corpus humo gelidum iaceat grataque quiescat:
In gremio Christi mens liberata cubet.



78 M 350

ULB Halle

001 592 122

3



56.

Petro V

B.I.G.



VIRO
LISSIMO DOCTISSIMO
CO LVDOVICO
IMVTZIO,

PAEDAGOGII BERGENSIS
IGE MERITISSIMO,
ELEGIA HAC
M HONOREM PRAESTANT
VNDI IN PAEDAGOGIO
RGENSI CIVES.

MAGDEBURGI,
TIANI LEBERECHT FABRI, PRIV. TYP.
M DCC XXXIV.

AK